

ligatus: quasi ex contractu debere intelligitur.

### VI. De solutione indebiti.

§. 6. Item is, cui a quis per errorem non debitum solvit, quasi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus esse, ut si certiore

a) bonâ fide accipienti. Nam si sciens indebitum accipiat, e delicto, ut fur, obligatur, ut not. etiam supra §. 1. quib. mod. re contr. oblig.

rationem sequamur: magis (ut supra b diximus) ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse. Nam qui solvendi animo pecuniam dat: in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur, ac si mutuum ei daretur: & ideo conditione tenetur.

b) in §. 1. quib. mod. re contr. oblig.

§. ult. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit. Sic namque definiunt a veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit b, ex iis causis non debitum solutum, repeti non posse c: veluti ex lege Aquilia; item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis d locum habere voluerunt, quæ certa constituta,

a) i. e. pro regula tradiderunt. Ita definitio significat regulam, seu juris decisionem. l. omnis definitio. 202. ff. de R. I.

b) vel crescere posset, si reus conventus negaret, & tamen postea convinceretur.

c) quia videri posset solutum quasi transactionis causa: sponte & deliberato con-